

615. III, 1-2 — Carta do imperador Maximiliano a D. Manuel em favor de seu embaixador, Tomé Lopes. Inspruckh, 1515, Outubro, 16. — *Pergaminho. Bom estado.*

Maximilianus divina favor... clementia et romanorum imperator semper augustus etc."

Serenissime princeps consanguinee et frater noster charissime salutem cum incremento perpetuo nostri fraterni amoris.

Detinuimus apud nos forte diutius quam serenitas vestra voluisset et rerum necessitas exigeret magnificum nobis dilectum Thomam Lopez serenitatis vestrae apud nos oratorem quod tamen potius contigit ob adversam validudinem suam et conditionem temporum quam alia de causa et licet mora ejus apud nos fuisset nobis valde grata cum ipsum ob egregias virtutes suas et singularem in serenitatem vestram fidem et observantiam. Nihilominus voluimus servitium serenitatis vestrae et votum oratoris sui desiderio nostro preponere et ipsum dimittere et bene expeditum et plene instructum de mente nostra remittimus. Quid autem cum ipso contractaverimus de singulis serenitas vestra latius ab eo instruetur cui in hijs que nostro nomine referet placebit indubiam fidem prestare sicuti si nos ipsi presentes cum serenitate vestra ageremus quam omnipotens felicem et incolumen unacum serenissimis conjuge sua sorore nostra et communibus charissimis filijs conservare dignetur.

Datum in oppido nostro Inspruckh die sextadecima mensis Octobris anno Domini M. D. XV regni nostri regnato xxx.^{mo}

Vester bonus frater

Maximilianus

Endereço:

Serenissimo principi domino Emanueli regi Portugallie et Algarbiorum citra et ultra mare in Aphrica domino Guynee et conquiste navigationis ac commertij Ethiope Arabie Persie atque Indie fratri et consanguineo nostro charissimo.

(A. E.)